



nem. 17) Ut autem hec nostre dispositionis ordinatio perpetuis temporibus maneat inconuulsa. Sigilli nostri impressione ipsam secimus roborari. Nulli igitur Hominum fas sit hanc nostre ordinatio-
nis paginam infringere. uel eidem ausu temerario contraire. 18) Huius rei testes sunt. Henricus abbas sancti Petri in Erpho-
dia 19) cum suo conuentu. Cvnradus abbas sancte pauline 20)
cum suo conventu. Ekehardus abbas de Reinhersbrunnin 21)
cum suo conventu. Cvnradus prepositus sancte Marie. 22)
Guntherus Decanus. 23) Gisilbertus Cantor cum toto conventu
ejusdem ecclesie. Cvnradus prepositus sancti Augustinj 24) cum
suo conventu. Dietmarus prepositus novi operis 25) cum suo
con-

- 17) Quam male hac in permutatione habitum sit Monasterium Ettersbur-
gense, cui pro loco admodum etiam Nobilibus frequenti non nisi
vicus infrequens et a solis agricolis inhabitatus dabatur, quis est,
qui non videat? cui aequo eiusmodi calumnia stomachum non
moueat?
- 18) Sine dubio ob euidentem, qua Monasterium adfecit iniuriam, tam
leni vel potius nulla imprecationis formula usus est Episcopus.
- 19) Qui Henricus in locum Abbatis *Wicelonis* a. 1221. mortuus fuit suf-
fictus, Chron. Sampetrin. ad h. a. ap. Menck. S. R. Sax. T. III.
col. 250. anno 1250. autem ab Abbatia subimotus, ibid. col. 263.
Huius rei causam prodit Nic. de Syghen Chron. Thur. Mspt. ad h. a.
quod rarius in conuentu et nimis mundanus fuerit.
- 20) h. e. *Paulinzell*, Monasterium Benedict. desolatum prope Arnstadium,
de quo vid. Olear. Synt. rer. Thur. P. I. p. 286. de Falckenstein
Chron. Thur. Lib. II. p. 1216.
- 21) Qui fuit septimus Abbas Reinhardbronnenis ab a. 1215. usque in
a. 1238. idem ille, qui a. 1232. ob decimas Moguntino Landgrauii
iussu denegatas in Capitulo Erfurtenfi virgis per triduum caedebat-
tur, quam rem prolixe narrat Nic. de Syghen ad h. a. Vid. Mo-
naestic. Thur. p. 178.
- 22) nominatur inter Praepositos eccl. B. M. a de Falckenst. l. c. p. 989.
- 23) et hunc reperies inter Decanos eiusd. eccl. ap. eund. p. 991.
- 24) Huius Monasterii monachus fuit b. M. *Lutherus*. De eo videsis de
Falckenstein l. c. p. 1108.
- 25) Parthenon adhuc Erfordiae superstes, de quo videoas de Falckenst.
l. c. p. 1125.